

*Scribundo.* Adfuerunt, ut testes, qui in omni publico & privato contractu intererant.

*Quod universi.* V. F. P. idest. Universi Ferrentini populi.

*Pomponium Bassum.* Præcipuus hic Nervæ Traiani Imperatoris domesticus, cui potissimum Italiæ res demandatæ fuerant, eiusque auctoritas spectatur à titulo *Clarissimi Viri*. Quem Viris Consularibus olim Romæ peculiarem, suis magnatibus per immensam annorum seriem Serenissima Respublica Veneta summo splendore integrum vindicavit.

*Ab Indulgentissimo Imperatore.* Hoc in primis titulo Principes populi aurum videntur captasse nominisque famam sectati. Sic enim Nerva in edicto ad Plinium Lib. x. sub Epist. 66. *Necessarium pariter credidi ac lætum, obviam dubitantibus indulgentiam meam mittere.* Neque ab eo degenerem se præbuit nepos, qui hoc monumentum meruit.

IMP.